

1520 i. 15. Augusti Ex ms. Bibl. Latus.

Sigismundus Rex Polonie
Bona Regina Uxori sue

Serenissima Princeps. Geminam et immen:
sam leticiam ex literis Majestatis
Vestra accepimus, quia intelleximus illam
ex parte inolumem esse, et Nos suavif:
simo filio et perpetuo pignore amoris
Nostris mutui a Domino Deo condona:
tas, quare De tam fausto et jucundif:
simo Nuntio agimus Vestra Majestati
immensas gratias, et quod vobis est
summa cura plurimum illam rogamus,
ut valetudini quantum potest inuim:
bat, nomenque Dulcissimo filio nostro
Sigismundus quemadmodum presentes
cum illa egimus leto et fausto omi:
ne imponi faciat. Valeatque felicif:
sime et Nos amet. Datum Torunij
Anno Domini 1520 i. 15. Augusti.

Ab Eodem
Consiliarijs Regni Episcopis
Reverendissime in Christo Pater.
Significavit Nobis Serenissima Do
mina sanjux Nostra se Gratia Dei
salva et incolumi filium Nobis sua:
vissimum produxisse. Que res cum non

solum

Solum nobis immenso solatio. Sed etiam Re:
gno Nostro Summe utilitati sit futura
impartire Vestram Paternitatem hac
læticia Nostra volumus, ut nobis et
Reipublice gratuletur, et gaudeat Do:
minumque Deum una cum Clero suo
precatur, ut eandem prolem Nostram
suavissimam servet hospitem et super:
stitem. Datt: die et anno ut supra. 3

Ab Eodem

Ludovico Regi Hungariae
et Bohemiae

Serenissime. Quod in Nostreis et omnium
Subditorum Nostrorum votis erat præ:
cipue aucti sumus, tandem a Domino
Deo filio suavissimo, et Majestas Vestra
fidelissimo et concordissimo animo fave:
re, quæ res cum ad incrementum
Serenissime Familiae Nostrae, et bo:
num Statum nostrum, ac com:
munium Regnorum Nostrorum,
non vulgari acceptioni pertineat
gaudium hoc et consolationem Nostram
futuram Majestati Vestrae nobiscum
aqua communem, ac suam ipsius pro:
priam non dubitamus. Quæ felicis:
sime valeat, et nos diligat. Da:
tum Torunij Die 15. Augusti An:
no Domini 1520. 2